

tempus; et ita tenuerunt Cardin. Florent. et Abb. in cap. *ex litteris*, eod. tit. de quo lex ista habuit ortum; et inter cetera movetur Abb. quia textus ille non distinguit, et sic debet intelligi in omni locatione; in contrarium tamen consuluit Paul. de Cast. consil. mih. 361. 1. volum. incipit, *venerabilis vir*, refert, et simpliciter sequitur Felin. in cap. *cum Bertoldus*, penult. colum. *de re iudic.* et istam partem tenet Roch. de Curt. in dict. verbo *ipse vel is*, quæst. 26. ubi dicit esse magis commune, et ibi respondet ad fundamenta Cardin. et Abb. et certè ista pars videtur verior et tutior, quia ut dicit Innoc. in dict. cap. *ex litteris*, in locatione, de qua in dict. cap. *ex litteris*, transierat dominium utile, quod et latius comprobatur Paul. de Cast. in dict. consil. unde videtur ita intelligenda, et limitanda lex ista Partitarum.

(2) *Empeñado*. Approbat ista lex primum intellectum glossæ finalis in cap. *cum Bertoldus*, *de re iudic.* scilicet quod in universitate pignori data, in qua est jus patronatus, illud transeat in creditorem, cui pignori datur; ad quem primum intellectum glossa videtur redire in fine, prout perpendit ibi Abb. et facit dictum Roma *singul. suo*. incipit, *quæritur à me*, fol. 15. colum. 4. quod creditor in castro sibi pignori dato, potest jurisdictionem exercere, allegat textum in l. *eleganter*, §. fin. ff. de pign. actione, cui tu adde Bald. in cap. 1. in princ. vers. *quæro si pignoratium castrum, de feudo dato in vicem legis commissor.* et Paul. de Cast. consil. mih. 156. volum. 2. incipit, *visis actis, et acitatis coram domino locum tenente*, ubi allegat dictam legem, per quam dicit, quod ipso audiente, dicebat Bald. quod creditor cui obligatur castrum, potest in homines illius exercere jurisdictionem et imperium, puniendo ipsos de maleficiis; Doctor. tamen communiter reprobant illum intellectum, et sequuntur alium, quod ibi sit casus, quod in tali pignoris datione non transeat jus patronatus, etsi expressè non sit exemptum, ex ratione quam dicta glossa ibi ponit, videlicet, quia creditor restituere tenetur omnem fructum, quem capit ex pignore, vel in sortem computare, et si fructum consumpsit, tenetur æstimationem computare, l. 1. et 2. ff. de pign. actione, cap. 1. de usur. sed si jus patronatus transierit in creditorem, et presentaret, non posset iste fructus restitui, scilicet ipsa presentatio, neque ejus æstimationem, cum sit res inæstimabilis tamquam res annexa spiritualitati: et ista est communis resolutio Doctorum in dict. cap. *cum Bertoldus*, et in dict. cap. *ex litteris, de iure patronat.* et tenet Paul. à Citadin. in suo tract. *jur. patronat.* 9. part. quæst. 6. Roch. in dict. verbo *ipse vel is*, quæst. 27. unde cum iste sit communis Canonistarum intellectus, et habet rationem ita vigentem, in practica non recipitur forsitan quod in ista lege deciditur; tene tu eam menti, cum casus occurrat.

(3) *Sacasse ende*. Ita intelligebat Gloss. dict. cap. *cum Bertoldus*, in 1. intellectu, ut dixi in gloss. præced. sed est divinare ad illum textum, imò contradicere factum, de quo in textu, ut perpendit ibi Abbas.

(4) *En buena fe*. Ut quia erat successor illius, qui locaverat, vel pignori acceperat, iuxta ea quæ notat Gloss. in cap. *cura*, eod. tit. et in cap. *de quarta, de præscript.*

(5) *Mouiese pleyto*. Sequitur dicta Glossæ in cap. *ex litteris*, eod. tit. gloss. fin.

(6) *Seyendo pleyto mouido*. Lite mota super proprietate juris dicit Abb. post Gloss. in dict. cap. *ex litteris*, quod quando movetur lis super proprietate juris, ut quia alius dicit se esse patronum, licet alius sit in possessione, potest presentare qui est in possessione; sed presentatio non debet admitti per superiorem, ita ut instituat presentatum, sed potest admitti simpliciter, et institutionem differre in eventum causæ; si verò lis moveatur super possessione, quia negat presentantem, seu presentantem volentem non possidere, non debet admitti presentatio, quia super hoc dependet quæstio: et adde decisionem Rotæ 141. in *novis*, incipit, *possessor.*

(7) *Pero si de otra manera*. Ex istis verbis, junctis præcedentibus et sequentibus, velle videtur lex ista facere differentiam, an lite mota super iure patronatus, presentatio fiat à conductore vel creditore, cui Villa vel Universitas erat locata vel pignorat, an verò ab alio bonæ fidei possessore juris patronatus; ut primo casu procedat, quæ dicta sunt superius in ista lege. Secundo verò casu presentatio sit recipienda, et presentatus ritè instituat et lite mota, et inde non sit amovendus, dato, quod ille qui movit, eviderit jus patronatus in iudicio: et fortè conditores hujus legis moti sint ex textu in dict. cap. *ex litteris*, eod. tit. ibi: *vel antequam de iure patronatus int. r. Abbatissam, et militem controversia esset suborta*, et ex textu

in dict. cap. *cum Bertoldus, de re iudic.* capiendi primum intellectum glossæ finalis ad illum textum, et ex dispositione cap. *consultationibus, de iure patronat.* Ego tamen non reperio aliquem Doctorem, neque glossatorem facientem talem differentiam; nisi fortè dixeris, quod Glossa in cap. *hæc quippe*, in quantum dicit: *nisi in casu cap. ex litteris, de iur. patronat. etc.* voluerit sentire istam differentiam, et inde sumpta fuit occasio per conditores hujus legis: et vide, quæ addam inferius in gloss. fin.

(8) *Touiese*. Requiritur, quod sit bonæ fidei possessor, qui inest possessioni juris patronatus, ut teneat presentatio et institutio; nam si esset malæ fidei, removeretur ab eo presentatus, secundum Innoc. in cap. 2. *de in integr. restit.* quia sicut malæ fidei possessor non facit fructus suos, etiam quos consumpsit, ut in cap. *gravis, de restit. spol.* ita neque iste potuit validè presentare: et idem tenet Abb. in dict. cap. *ex litteris*, eod. tit. col. 3. vide latius per Innoc. in dict. cap. *consultationibus*, eod. tit. et per Roch. de Curt. in dict. suo tractat. super verbo *competens alicui*, quæst. 22. ubi tractat, quod si lapsus sit terminus edicti, de quo in cap. fin. *de election.* lib. 6. iura quem versus patronus non comparuit ad impediendum institutionem; vide ibi per eum.

(9) *Quitar*. An teneat presentatio facta post litem motam super iure patronatus, inter Doctor. est quæstio dubitabilis, et Gloss. et Abb. in dict. cap. *ex litteris*, volunt, quod non teneat presentatio, et quod institutio facta non teneat, ut teligi supra; dicit tamen ibi Abb. Doctores communiter sentire, quod presentatio fieri possit lite pendente. Bald. etiam in l. 2. colum. fin. *C. de servit. et aqua*, dicit, quod possessor bonæ fidei lite contestata potest presentare, allegat Innoc. in cap. *consultationibus*, eod. tit. dum tenet, quod qui justo titulo ab initio possedit, etiam post litem contestatam potest fructus percipere, et suos facere: et ideo electus ab eo presentandus et confirmandus est, et presentatus instituendus; et subdit Bald. quod etsi possessor iste succumbat, non cossabitur presentatio; et idem tenet Cardin. ibi, quæst. fin. quoniam esset quæstio super proprietate juris patronatus. Roch. in verbo *competens alicui*, quæst. 25. refert istam varietatem opinionum, et tenet opinionem Joan. de qua per Gloss. in cap. *hæc quippe*, 5. quæst. 6. per Gloss. in cap. 2. *de in integr. restit.* quam et tenet Abb. in dict. cap. *ex litteris*; tene tu menti istam legem Partitarum approbantem dicta Innoc. et Bald. ubi supra. Dicendum est ergò, quod aut quis est in possessione sine aliqua controversia, et tunc potest presentare, et institutum ad presentationem non debet postea removeri, licet appareat possessorem non habere jus in proprietate, ut videtur textus in dict. cap. *consultationibus*, et in cap. *querelam, de elect.* Si verò mota sibi fuit controversia, et controversia est super possessione, quia negatur ipsum possidere; et non debet admitti presentatio, quia super hoc est quæstio, ut dixi supra; et ita procedat Gloss. in dict. cap. *hæc quippe*, et in dict. cap. 2. *de in integr. restit.* et in hoc fortè fundatur decisio istius legis, cum superius dixit de controversia mota cum locatore vel creditore. Si verò moveatur quæstio super proprietate juris patronatus, tunc est varietas opinionum, et ista lex Partitarum approbat illam, ut teneat presentatio, et institutus non removeatur; et ad rationem Glossæ, Abb. et aliorum in dict. cap. *ex litteris*, quod possessor tenetur restituere omnes fructus quos percepit lite jam contestata, et si institueretur presentatus lite pendente, et succumberet presentator in proprietate, non posset restituere illum fructum, quia legitimè institutus removeri non debet, et ideo propter impossibilitatem restituendi differri debet institutio, potest responderi ex dictis Innoc. et Bald. ubi supra, et quod hoc sit favore ecclesiarum, ne differatur institutio in eventum longissimæ litis; et cum iste fructus non consistat in commodo pecuniario, cessat ratio, quæ est in aliis fructibus: cogita tamen, quia certè passus est dubitabilis, et confert multum in hoc habere decisionem istius legis.

LEY X.—Que derecho es, quando son muchos Patrones en la Iglesia, e non se acuerdan en presentar Clerigo.

Derecho del Patronadgo auiedo muchos en vna Iglesia, si desacuerdo (1) fuesse entre ellos en razon del presentar Clerigo para ella, ansi que los vnos pressentassen vno, e los otros otro; aquel deve reseibir el Obispo, que le presentaren los mas (2) e con mejor intencion todavia seyendo el Clerigo, que presentan,

bueno. Mas si tantos fuesen de vna parte como de otra los Presentadores, deve el Obispo estonce parar mientes en los Clerigos presentados, e tomar el que fuesse mas letrado (3), e mejor acostumbrado; e si amos fuesen como eguales (4), estonce seria en escocjencia (5) del Obispo de tomar qual quisiere, o de mandarles, que presentassen otros de cabo: e en tal razon como esta, non ha porque se querellar ninguno de los presentados del Obispo, nin han demanda ninguna contra el (6); mas si por aventura non quisiessen otros presentar, e el Obispo viesse que non podia reseibir ninguno de aquellos sin escandalo de los presentadores (7), deve sacar las reliquias de la Iglesia, e cerrar las puertas, que non digan y Oras, fasta que se acuerden todos, o la mayor parte dellos, en presentar Clerigo qual deuen; e esto se estiende otrosi, si lo pudiere fazer el Obispo sin escandalo del pueblo.

LEY X.—Pluribus patronis diversos clericos in discordia presentantibus, instituetur a majori parte presentatus; et si sint patroni æquales, instituetur peritior et melior: et si presentati sunt æquales, eligit Episcopus instituens, vel iubebit patronis quod concordent in alios: sed si Episcopus neminem ex presentatis sine scandalo possit instituire, eductis reliquiis ecclesiæ claudat januas, donec patroni concordent. Hoc dicit.

(1) *Desacuerdo*. Concordat cum cap. 2. et 3. eod. tit. et cap. *si forte*, 63. dist. et quid si diversi presententur a marito et uxore, vel a pupillo et tutore, vide Abb. cap. fin. *de concess. præbend.*

(2) *Los mas*. Adde dict. cap. *quoniam*, cum glos. ibi, et si conveniunt ad hod, ut collegium, debet esse major pars respectu totius collegii; si verò conveniant, ut singulares personæ, sufficit major pars respectu aliarum partium, secundum Joan. And. et Abb. in dict. cap. *quoniam*, et Roch. in tract. suo, in verbo *honorificum*, quæst. 58. ubi et vide quæst. 59. an requiratur, quod major pars sit sanior, et quæst. 60. an patroni debeant convenire in presentationis actu; de quo et per Abb. in cap. *in Genesi*, penultim. colum. *de elect.* vide infra eod. l. 12. ibi: *todos en vno.*

(3) *Mas letrado, e mejor acostumbrado*. Adde cap. fin. 63. dist.

(4) *Eguals*. Adde cap. *si duo*, 79. dist.

(5) *Escocjencia*. Adde Gloss. in cap. *si plures*, 16. quæst. 7. de mente Hostiens. in summ. eod. tit. §. *quid juris est*, quod prius Episcopus moneat patronos, ut concordent, seu iterum representent, dict. cap. *si duo*, 79. dist. et si nolunt vel non possunt concordare, sed adhuc representent duos primos vel alios, et est æqualitas, tunc sit locus gratificationi, cap. *venerabilem*, §. *objectioni, de elec.* in vers. *quod autem*; adde Gloss. et Abb. in cap. *cum autem*, eod. tit.

(6) *Contra et*. Adde Hostiens. eod. tit. in summ. §. *quid juris*.

(7) *Sin escandalo de los presentadores*. Adde cap. 1. et 2. eod. tit. et cap. *si plures*, ubi glossa notabilis, 16. quæst. 7. et remedium hoc adhibebit Episcopus, secundum Abb. in dict. cap. 1. quando patroni sunt ita potentes, quod ipse non potest supplere eorum defectum, tunc secundum Hostien. in summ. in dict. §. *quid juris*, interdiceret debet Episcopus ecclesiam, et reliquias extrahere in patronorum verecundiam et ruborem; quod si patroni neque sic possunt compeñci, vel ad concordiam revocari, in fine recurrendum dicit ad brachium sæculare, cap. 1. *de offic. ordin.* et dicit Hostiens. ibidem, quod timor scandali erit, quando patroni minantur, et dicit quilibet, quod si ponatur alius, nisi suos, quod interficiet eum, ut tamen iudex ex personis dicta penset.

LEY XI.—Fasta quanto tiempo despues que la Iglesia vaca, deve el Obispo esperar a los Patrones, que desacordaron en presentar.

Desacuerdan los omes a las yegadas, quando quieren presentar Clerigo para alguna Iglesia, sobre el derecho del Patronadgo, diziendo los vnos, que ellos son Patrones, e han derecho de presentar Clerigo, e non los otros: e quando tal contienda acaese, touo por bien

Santa Iglesia, que esperase el Obispo del lugar de poner Clerigo en ella, mientras que contendiesen sobre el derecho del Patronadgo, fasta quatro o seis meses (1) a lo menos, desde la Iglesia vacasse; e si fasta este plazo el pleyto non se librasse de aquella contienda, de alli adelante puede el Obispo poner Clerigo (2) en la Iglesia. Pero con todo esso, en saluo les finca su derecho a aquellos que venciessen el Patronadgo, para poder presentar aquel Clerigo mismo (3), que el Obispo ouiesse puesto en la Iglesia; e esto se deve fazer, assi como en tenencia del derecho del Patronadgo, porque non gelo pueda despues embargar ninguno. Otrosi acaesciendo desacuerdo entre el Obispo, e otros omes que se llaman Patrones de alguna Iglesia, diziendo el Obispo, que non lo eran, e otros ellos que si, deuen poner vn Clerigo por Mayordomo (4) de la Iglesia, que coja las rentas della e la guarde, fasta que sea aquel pleyto librado, e las meta en pro de la Iglesia (5), si menester fuere, o las guarde fielmente, para darlas al Clerigo, a quien fuesse despues dada la Iglesia.

LEY XI.—Pluribus super iure patronatus litigantibus, expectabit Episcopus usque ad quatuor, vel sex menses a vacatione ecclesiæ vel beneficii: et si quæstio infra istud tempus non finiatur, instituet quem voluerit, salvo iure vicentis ad presentandum clericum per Episcopum institutum; si tamen discordia sit inter Episcopum et patronos super iure patronatus, ponetur œconomus, qui colligat fructus lite pendente, et in ecclesiæ utilitatem expendat in necessariis, vel eos servet clerico futuro successori. Hoc dicit.

(1) *Quatro o seis meses*. Communiter Doctores dicunt, quod in patronis ecclesiasticis habentibus patronatum nomine ecclesiæ, et non ratione patrimonii, expectatur lapsus sex mensium a tempore vacationis, et sic loquitur Decretalis, *eam te*, eod. tit. in patronis verò sæcularibus expectantur quatuor menses, etsi intelligatur cap. *quoniam*, et cap. *cum propter*, eod. tit. et ratio diversitatis est, quia patronus ecclesiasticus habet sex menses ad presentandum, laicus verò quatuor, ut in cap. unic. eod. tit. lib. 6. unde quisque expectatur intra tempus sibi præfixum ad expectandum: et sic parum curatur de pendente litis, quia propter patronorum contentionem non debet differri ecclesiæ ordinatio, Abb. in dict. cap. *eam te*.

(2) *Clerigo*. Vide in dict. cap. *quoniam*, et cap. *si verò*, eod. tit.

(3) *Aquel Clerigo mismo*. Concordat dict. cap. *si verò*, eod. tit. et cap. *cum propter*, in fin.

(4) *Mayordomo*. Concordat cum cap. *cum vos, de offic. ordin.* ubi vide per Abb. an durante tempore ad presentandum, Episcopus possit ibi ponere œconomum. Item nota, quod si competeret patrono laico custodia ecclesiæ vacantis, ex privilegio apostolico, vel de consuetudine per Papam approbata, posset patronus etiam laicus ponere œconomum in ecclesiæ vacante; ex quo tu cogita, an istud jus competat Regibus Hispaniæ ex consuetudine, de qua in l. 18. tit. 3. supra ead. *Partit.* sicut et asserunt Hostiens. et Joan. Andr. competere Regibus Franciæ, et Angliæ, quibusdam aliis principibus, pro quo dicunt facere, quæ notantur in cap. *nobis de iur. patronat.* de quo videas Hostiens. et Joan. And. et Joan. de Imol. in dict. cap. *cum vos*, et per Abb. et alios in cap. *bonæ memoriæ, de appell.* confert ad hoc ecclesiarum utilitas, et distantia longissima à curia Romana, iuxta ea quæ habentur in cap. *nihil est, de elect.* et tradit Oldr. consil. 9. incipit, *posito sine præiudicio.*

(5) *En pro de la Iglesia*. Adde dict. cap. *cum vos*, et cap. *quia sapè de elect.* lib. 6. et Clement. *statutum, de elect.* poterunt ergò converti fructus in ecclesiæ reparatione interim, ut hic vides.

LEY XII.—Que el derecho del Patronadgo non se pueda partiir, mas todos los patrones deuen auer ygalmente, quantos quier que sean.

Egualmente deve ser guardado el derecho del Patronadgo a todos los Patrones, quantos quier que sean, e

non lo deuen partir (4) en ninguna manera, porque non es cosa en que caya particion; ante es cada vno por si (2) Patron, para fazer todas las cosas que le conuieren por razon del Patronadgo, fueras ende presentar Clerigo, ca esto non lo puede fazer, si non todos en vno. E como quier que algunos Patronos dexen muchos herederos, que heredassen el Patronadgo dellos, maguer sean los vnos menos, e los otros mas; por esso non ha mejor derecho en el Patronadgo el vno que el otro, mas todos lo han por igual (3); e esto seria (4), como si fuesen tres Patronos, e el uno dexasse vn heredero, e el otro dos, e el tercero tres, o mas. Otrosi faziendo muchos omes vna Iglesia o dotandola, maguer el vno diesse mas que el otro (5) en fazerla, o en dotarla, non ha poren de mayor parte en el Patronadgo, que qualquier de los otros que dieron menos. Ca es como cosa spiritual, e poren de non puedeu fazer el derecho, que han en el, partes mayores, nin menores. Pero casos y a, en que deuen cognoscer mejoría, e deuen fazer gracia aquel que mas de bienes en la Iglesia fizo; e esto puede ser en tres cosas. La primera es, de bien fizo; como si acaesciesse, que aquellos Patronos de alguna Iglesia cayessen en pobredad, e ella fuesse menguada de manera que non pudiessen a todos cumplir, ca estonce deuen acorrer al que mas (6) de bien en ella fiziera. La otra es, de honrra: ca mas honrrado logar le deuen dar en la procession e en la Iglesia, al que mas de bien fiziere en ella. La tercera es, de gracia: e esto seria, como si acaesciesse, que ouiesse dos Patronos en una Iglesia, e desacordassen en presentar Clerigo, ansi que el vno dellos presentasse vno, e el otro presentasse otro; ca en tal razon como esta, seyendo los Clerigos eguales, e non auiedo mejoría el vno, que el otro, deue el Obispo fazer gracia, al que mas algo (7) ouiesse fecho en la Iglesia, recibiendo su presentacion, e dando la Iglesia al Clerigo, que aquel presentasse: e non se deue tener la Iglesia por agraviada (8) en tener muchos Patronos, ca quantos mas fueren, tanto mas sera mejor guardada, e amparada dellos (a).

(a) Esto sera cuando los patronos se limiten al cumplimiento sus obligaciones, y al uso de las gracias que se les han concedido. Mas en todo caso, nosotros opinamos que nada hay mas favorable a la Iglesia que su libertad e independencia.

LEX XII.—Jus patronatus est indivisibile, et cuilibet ex patronis competit in solidum, præterquam quoad præsentationem, et si unus eorum relinquit unum hæredem, alius duos, alius tres vel plures, omnes erunt æquales in jure patronatus, et æqualiter est patronus, qui minus dedit in dotem vel in fabrica ecclesiæ, sicut ille, qui magis contulit, licet in aliquibus magis subveniatur, et gratificetur plus conferenti; sicut est in subventionem, cum veniunt ad inopiam, et quoad honorem in processione et sessione in ecclesia. Item, quia si in discordia unus præsentat unum, alius alium, si presentati sunt æquales, debet Episcopus instituere præsentatum ab eo, qui plus ecclesiæ contulit: et non gravosum, sed favorabile est ecclesiæ plures habere patronos, à quibus custodiatur et protegatur. Hoc dicit.

(1) Partir. Ortum habet à cap. 1. et ibi notatis per Glossam, eod. tit. An autem in divisione hæreditatis possit judex adjudicare jus patronatus uni ex hæredibus, vide per Joan. Andr. et Abb. in cap. querimoniam, eod. tit. et per Hostiens. in summ. eod. tit. §. qualiter transferatur, et per Roch. in verbo ipse vel is, quæst. 13. et concluditur communiter, licet dicat Petrus aliud, quod non; videas ibi

per eos: forte tamen dictum Petri posset esse verum, quando una Villa adjudicaretur uni in divisione, in qua esset jus patronatus, non habita ratione ut valor juris istius aestimaretur, ut per hoc alii hæredi plus hoc respectu adjudicaretur, argum. cap. ex litteris, eod. tit. et an posset testator uni ex hæredibus adjudicare totum jus patronatus, vide Decium consil. 149. 1. et 2. colum.

(2) Ante es cada uno por si. In solidum competit cuilibet quoad omnia, præterquam quoad sacerdotis præsentationem, ut hic vides, et habetur in cap. 2. et 3. eod. tit.

(3) Mas todos lo han por igual. Etiam si ex diversis et inæqualibus partibus sint hæredes, l. si libertus, ff. de jure patronat. et l. viæ, ff. de servitut. et in dict. cap. 1.

(4) Esto seria. In hoc exemplo vide, quod hodie habetur in Clement. plures, eod. tit. ubi Glossa recitat opiniones, quæ antea in hoc fuerunt.

(5) Mas que el otro. Adde Gloss. 63. dist. in summ. Innoc. et alios in cap. 1. eod. tit. Roch. in tractat. juris patronat. chart. 3. colum. 1. et chart. 25. colum. 2. et chart. 26. colum. 2. ubi allegat dictam glossam.

(6) Al que mas. Licet plures fundent ecclesiam vel dotent, in alendo et in honore magis debetur illi, qui plus expendit, ut hic, et dicit Gofred. eod. tit. in summ. §. item, quod si plures, Hostiens. in §. qualiter transferatur, argumento cap. cum in officiis, de testam. et eod. tit. cap. retatum, et 2. in fin. et adde Roch. in verbo et dotavit, quæst. 12.

(7) Mas algo. Vide Gofred. ubi supra, et Hostiens. et adde Gloss. in cap. si plures, 16. quæst. 7. quæ dicit, quod si patroni variant in pari numero, ut quia unus præsentat unum, alius alium, Episcopus habet optionem instituendi, quem vult, et idem tenet Abb. in cap. cum autem, ad fin. de jur. patron. et ex dicto hujus legis, et Gofred. et Hostiens. ubi supra, limitatur illa doctrina Glossæ et Abb. quod si unus ex patronis plus contulit ecclesiæ, tunc Episcopus non habet istam optionem, sed debet instituere præsentatum ab eo, qui plus ecclesiæ contulit: ideò tene menti istam legem, et adde Gloss. in Clement. plures, de jure patronat. in glossa magna, circa fin.

(8) Agraviada. Non aggravatur ecclesia ex multis patronis, sed alleviatur, nam plures habet defensores, 16. quæst. 7. cap. filii Hostiens. eod. tit. in summ. §. qualiter transferatur; Petrus tamen, quem refert Abb. in cap. querimonia, eod. tit. dicit, quod utilius est ecclesiæ habere unum patronum, quam plures, quia quod communiter possidetur de facili negligitur, l. 2. C. quando et quibus quarta pars deb. lib. 10. Sed certè clarum est, ut hic dicitur, utilius esse ecclesiæ habere plures, si ab omnibus bona recipit: vide quod dixi supra eod. in l. 1. in gloss. super verbo tres cosas, allegavi Dominicum.

LEY XIII.—Quales Clerigos deuen los Patronos primeramente presentar para las Iglesias, quando vacaren.

Poner non deue el Obispo, nin otro Perlado, Clerigo en la Iglesia quando vacare, en que algunos ouieren derecho de Patronadgo, a menos de presentarles (1) los Patronos (a): e deuen primeramente presentar de los hijos de la Iglesia (2), si los ouiere atales que sean para ello, e si non, de los otros que son de aquel Obispado (3); e esto se entiende, primeramente de los hijos de los Patronos, e de si de los hijos de los parrochianos (b). Pero si algun Obispo fuesse Patron de Iglesia que fuesse en otro Obispado, bien puede presentar Clerigo para ella, onde quisiere: e esta gracia otorgo Santa Iglesia a los Obispos (4), mas que a otros omes que son Patronos. Otrosi acaesciendo que algun Legado (5) vniessse del Apostolico, que ouiesse poder (6) de dar Beneficios, e fallasse que vacasse alguna Iglesia, en que ouiesse Clerigo (7) derecho de Patronadgo por razon de su Iglesia, e non por razon del Patrimonio (8), bien la puede dar a qualquier Clerigo que quisiere, onde quier que sea, maguer non gelo presente el Patron (9). Ca si el

derecho que ha el Obispo, de poner Clerigo en la Iglesia, non le puede embargar el lego, que lo non ponga; mucho menos lo embargara el Patronadgo que ha el Clerigo por razon de la Iglesia: e esto viene, porque mayor derecho (10) ha el Perlado de poder otorgar la Iglesia, que el Patron ha de presentar.

(a) Dentro del término que les señala el derecho canónico, pasado el cual sin que los patronos hagan la presentacion, provee libremente el Obispo, y no jure devoluto, sino jure ordinario, es decir, por derecho propio; pues que solo el obispo es el colador ordinario de los beneficios.

(b) Téngase presente que en España no pueden tener los extranjeros beneficios eclesiásticos ni pensiones sobre ellos. Véanse las LL. 1 y 2, tit. 13, y LL. 1 y 2, tit. 23, lib. 1 de la N. R.

LEX XIII.— Non debet institui clericus in ecclesia patronata nisi ad præsentationem patroni, qui prius debet præsentare de filiis ecclesiæ, qui se deficient, de clericis diocesis; Episcopus tamen, patronus alicujus ecclesiæ, qui sit in aliena diocesi, præsentare poterit clericum, undecumque volet, et potest legatus Papæ de latere, seu qui potestatem habeat conferendi beneficia, conferre beneficium juris patronatus clericorum, sine præsentatione patroni. Hoc dicit.

(1) A menos de presentarles. Adde cap. decernimus, 16. quæst. 7. et de jure patronat. per totum, limita ut per Roch. in verbo honorificum, quæst. 1. et Gloss. in cap. quia clerici, eod. tit. et nota, quod patrono negligente, vel mortuo sine hærede, jus providendi devolvitur ad illum, ad quem pertinebat institutio, gloss. 1. in Clement. unic. de supplen. neglig. Prælat. in verbo provisionem, quam dicit notabilem, et semper menti tenendam Abb. in cap. 1. colum. fin. vers. quero tertio, de elect.

(2) Hijos de la Iglesia. De filiis patronorum, et parochianorum loquitur, ut statim subjicit: adde glossam notabilem in cap. neminem, 70. dist. quæ dicit, quod potius sunt instituendi illi clerici, de quorum bonis ecclesia est fundata.

(3) De aquel Obispado. Adde Gloss. et Doctor in cap. si proponente, de rescript. quod si forensis impetrat beneficium, et non facit mentionem de loco suæ originis, gratia est subrepticia, quia in dubio Papa intendit providere cuicumque in patria sua, bonus textus quem ibi allegat Abb. in cap. bonæ, et 2. de postul. Prælat. circa fin. ibi: neque vellemus; et ibi Abb. 13. notabil. notat, quod ubi in loco reperitur idonei, non debet præfici extraneus: est enim quis honorandus, et promovendus in eo loco, ubi suam peregit ætatem, neque debet alius obripere stipendia aliis debita, allegat canonem antiquum pulcherrimum in cap. nullus invitus, 61. dist. Adde etiam textum notabilem in cap. ne pro defectu, de elect. ubi Hostiens. contra dictum glossæ finalis ibi, tenet, quod Canonici contradicentibus non debet præfici ecclesiæ extraneus, qui non sit de gremio ecclesiæ, si ibi reperitur idoneus; et dictum Hostiens. tenet ibi Abb. per textum in dict. cap. nullus: Cardin. etiam Alexand. in dict. cap. nullus, allegans Henric. dicit, quod ibi de consuetudine, vel statuto ecclesiæ non posset provideri de extraneo, talis consuetudo est servanda, et ibi refert consuetudinem Franciæ; in hoc est etiam consuetudo Hispaniæ, ut patet per leges Ordinationum, esse enim opprobrium, quod alieni devorent cibos naturalium regni, juxta illud Isaia cap. 1. v. 7. Regionem vestram coram vobis alieni devorant, vide etiam glossam notabilem in cap. hortamur, 71. dist. quod laicus non debet presentare clericum extraneum, quando reperitur idoneus in suo Episcopatu; et dicit Archid. ibidem, quod Episcopus potest repellere talem præsentatum, et sequitur Cardin. Alexand. ibi, qui vult hoc procedere, etiamsi ille extraneus haberet litteras commendatitias proprii Episcopi: adde etiam ad prædicta Barb. 1. volum. consil. 25. incipit, scripsit propheta, et Roch. in dicto suo tractat. verbo honorificum, quæst. 18.

(4) A los Obispos. Vide 16. quæst. 5. cap. si quis Episcoporum, et gloss. in cap. hortamur, 71. dist.

(5) Legado. Concordat cum cap. cum dilectus, de jure patronat. et cap. dilectus, de offic. legat.

(6) Que ouiesse poder. Vide in dict. cap. dilectus, de offic. legat. et in cap. 1. de offic. legat. in 6.

(7) Clerigo. Jus patronatus ecclesiasticum dicitur, quando cleri-

T. II.

cus illud habet nomine ecclesiæ suæ, ut hic, et in dict. cap. cum dilectus. Item quando ipsa ecclesia, vel aliqua Universitas, vel Collegium religiosorum vel clericorum habet jus patronatus, secundum Dominos de Rota decis. 8. in antiq. et Felin in tractat. quando litteræ apostolicæ, et Roch. in dict. tractat. in verbo jus, quæst. 7. Item etiam diceretur jus patronatus ecclesiasticum, quando ecclesia, vel clericus illud haberet ex donatione laici, ut habetur in cap. dilectus, et 5. de præbend. Hostiens. in summ. de jur. patronat. §. final. Quid autem si jus patronatus pertineat similiter ad clericum ratione ecclesiæ, et ad laicum, an dicitur jus patronatus ecclesiasticum, vel laicorum, ita ut legatus possit conferre beneficium? Abb. dicit, quod non, in dict. cap. dilectus, per ea quæ habentur in cap. unic. de jure patronat. lib. 6. et per l. si communem, ff. quemadmodum servit. amit. et idem tenet Abb. in cap. ad fin. fin. de jure patronat. allegans Frederic. de Senis, consil. 63. qui fatetur, quod poterit tunc Legatus uti jure clerici, et conferre ecclesiam cum consensu solius laici, quod est notandum Roch. de Curt. in dict. verbo jus, q. 7. verbo sed circa islam decisionem; pro contraria parte adducit Gloss. in dict. cap. unic. eod. tit. lib. 6. in verbo ecclesiasticus, et Abb. in cap. cum propter, in fin. et in cap. eam te, eod. tit. et alia, quæ ibi poteris videre, et tandem videtur residere cum distinctione Felini in dict. tractat. quando litteræ apostolicæ, colum. 4. dicentis, quod ubi resultat commodum ecclesiæ vel ecclesiasticæ personæ, tunc fit in casu mixto denominatio à qualitate clericali, non à qualitate laicali, et ita procedit Gloss. in dict. cap. unic. dum vult, quod hoc casu laicus habebit sex menses ad præsentandum; si autem resultaret incommodum ecclesiæ ex prædominatione qualitatis clericalis, tunc inspicitur potius qualitas laicalis: et ita procedit opinio, quod Legatus non potest conferre ecclesiam, seu beneficium juris patronatus mixti. Quid autem si clericus fundaverit, et dotaverit ecclesiam, et dubitatur, an de suo patrimonio, vel del bonis ecclesiæ id fecerit? Videas ibi per Roch. vers. quarta questio accessoria est.

(8) E non por razon del patrimonio. Quando enim clericus haberet illud ratione patrimonii, dicitur de jure patronatus laicorum, et Legatus non posset beneficium conferre, ut in dict. cap. cum dilectus, verbo nos igitur, tenet Hostiens. in summ. eod. tit. §. fin. Gloss. in Clement. plures, in verbo præsentare, eod. tit. Abb. in cap. cum propter, et in dict. cap. cum dilectus, eod. tit. et in cap. eam te, in fin. Felin in dict. suo tractat. quando litteræ apostolicæ ubi alias auctoritates allegat Roch. in dict. quæst. 7.

(9) Maguer non gelo presente el Patron. Si tamen jus patronatus competeret laico, vel clerico ratione patrimonii, non posset Legatus, ut hic à contrario colligitur, et in dict. cap. dilectus, de offic. legat. et dict. cap. cum dilectus, et ibi Doct. Papa tamen potest bene præjudicare, si velit, juri patronatus laicorum, glossa notabilis in Clement. per litteras, de præbend. Abb. in dicto cap. cum dilectus: cum laicus illud jus habeat à Papa, non videtur tamen in dubio Papa, velle præjudicare tali juri patronatus laicorum, quia Papa non consuevit conferre talia beneficia, saltem quin faciat de hoc mentionem. Quid autem si jus patronatus competat laico ex præscriptione? Frederic. de Senis consil. 63. incipit, inscriptæ questiones, dicit quod non est opus in eo, ut derogetur per Papam; imò quod Legatus potest conferre, quando jus patronatus competit laico ex consuetudine, licet secus esset ex jure patronatus, quod acquiritur ex fundatione vel donatione ecclesiæ; et istam differentiam sequitur Anton. de Butr. in cap. dilectus, colum. 5. quæst. 1. de offic. legat. Cardin. in Clement. 1. quæst. 7. ut lite pendens. et in Clement. per litteras, in 5. quæst. de præbend. et inter consilia Alexand. consil. 74. volum. 4. Socin. consil. 297. colum. fin. volum. 2. Cardin. consil. 99. incipit, quoad primum, 2. dub. contrarium tamen Joan. de Imol. in dict. cap. dilectus, in fin. et dicit Decius consil. 126. incipit, in causa Domini Francisci Gentilis, colum. 2. quod ista opinio Imolæ; ut intelligit, prævalet in Curia Romana, quod nulla sit differentia, an jus patronatus dicatur quasi fundatione, vel præscriptione; et subdit Decius, quia quando non allegatur immediatè præscriptio, ex qua dicatur acquisitum jus patronatus, sed allegatur acquisitum ex fundatione ecclesiæ, et ad probandum hoc inducitur longa consuetudo presentandi, procedit de jure, quod tunc perinde sit, ac si e fundatione vel donatione esset ostensum: videas ibi per eum, ubi et tradit, quid si patronus laicus intra tempus datum ad presentandum, collationem factam à Papa vel Legato non impugnet; vide in colum. fin. verbo neque obstat, si dicatur. Quid autem si jus patronatus competat laico ex privilegio? Cardin. in Clement. per litteras, de præbend. in 3. quæst. in